

M I M

1 6 4 8



~~E. B. S.~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Hanaeensi

18

AUSPICIA NUPTIARUM  
SECUNDISSIMA,  
Amplissimo, Consultissimo & Cla-  
rissimo VIRO  
DN.

# VALENTINO EBERTO, JACOBI THEOLOGI

πολυγλώθη F.

ANDREÆ, primi Francofurtensium,  
à repugnatione, Evangelista,

Nepoti,

Serenissimi Electoris Brandenburgici,  
ad dicasterium NeoMarchicum,  
qvod in castro est Custrinensi,  
Consiliario,

Cum

Virgine primariâ, à pietate, formâ, moribus puel-  
laribus commendatissimâ

# CATHARINA WEILERIA,

DN. JUSTI WEILERI,

Sereniss. Electori à litteris, dum  
vivebat, secretis & consilijs bel.  
licis, FILIA,

V. Novembr. A.S. cl̄ loc xxxvii.

Berolini, solenniter celebratarum,  
*addicunt ex animo*

GERMANI, COGNATI, AFFINES,  
AMICI.

---

Francofurti Literis KOCHIANIS.

ANSELMO DEI CANTABRICO

ANSELMO DEI CANTABRICO

OTTO HERBINO AVANTIO  
ACADAMIA HERBINO

ANSELMO DEI CANTABRICO



**C**Redemibi, haud semper nocuit differre paratis,  
Sat citò, qui uxorem sat benè duxit, ha-  
bet.

**T**e ste VALENTINO farilicet illud EBERTO,

Qui Vir, Aristotelis tempore, major erat,  
Et postquam mores multorum vidi tūrbes,

Leges, Galle, tuas, res quoq; Belga, tuas,  
Et promitus Linguis & acri cor lotus aceto,

Dignus Consilio, PRINCIPIS ore, legi,  
Facta Pace, redux factus Borealibus oris,

Conjugio se aptum nobiliore probat.

Sat citò. WEILERIA M debebat ducere Nympham,

Cui Genus & Virtus, Forma q; Dosq; comes,

O latam hanc & dilatam feliciter horam!

Sat citò, qui Uxorem sat benè ducit, habet.

TOBIAS MAGIRUS  
Academiae Francof.  
RECTOR.

A 2

Ambo

**A**mbagiosis cursibus orbitas  
Terrarum obissi, CONSILIARIE  
EBERTE, cernens pensansq;  
Plurima Conjugibus loquenda.  
Hæc Vxor imis hauriet auribus,  
Arguta suaves reddere vocibus  
Voces. Ita omnis vita curret  
Lætior, atq; magis fruenda.  
Adspiret autor conjugij Deus  
Felicitatem, Vosq; perennibus  
Ornans bonis, infausta cuncta  
A thalamoq; domoq; pellat.

GREGORIUS FRANCUS  
S. T. D.

**I**nsidias dum Morta parat Juveniq; Seniq;  
Nil veritus, Socium queris, EBERTE, thorum,  
Hoc est nempè virifortis contemnere Mortem,  
Dum sibi quis similem facturit effigiem.  
Gratulor & dulces neonymphis canto hymenæos,  
Utq; sui similes dent, precor, effigies.

GOTHOFREDUS WEIDNERUS D.  
& Profess. Publ.

adua

s. No

Qui

**Q**ui thalami sociâ castâ & locuplete potitur,  
Effugit ille malum, repperit ille bonum.  
Quin igitur gaudes, VIR clare, & care Ca-  
mœnis

Atq; animo grates reddis & ore D E O?  
Quod thalami sociâ castâ & locuplete potitus  
Rite malum effugias, inveniasq; bonum.  
Irrupta ô utinam teneat vos copula longùm,  
Nec nisi supremo dissoluenda die.

M. C HRISTOPH. N E A N D E R  
Ordinis Philosophici Senior  
in luctu scribb.

**G**RATA cuiq; pio soboles numerosa parenti est,  
Gratior at pietas, virtus, culturaq; mentis;  
Ingeniumq; sequens vestigia clara Parentum.  
Extaret Testis, pietate, Vir, ingenioq;  
Et varijs linguis PATER, insignitus, EBERTUS,  
Egregiâ docuit quid exteritate fideq;  
Hebraam Linguam, Mores, & Biblia Sacra,  
Hic, alibiq; suâ, plures, cum laude, per annos,  
Vidisset sera si tempora plura senecta.

Non solummodò enim ter trinâ prole beatus  
E blandâ genitrice Tuâ est, Clarissime SPONSE;  
Ast ex hac triplices Charitas formavit & Idem,  
HEDWIGAM, post DOROTHEAM, deinde ELISABETHAM,

A 3

Quæ



Quæ nupsère Viris Musis & Apolline dignis:  
In thalamum primam duxitq; CARUSIUS, olim  
Syndicus in nostro hoc industrius ipse Lyceio;  
SANDMANNUS medium sociat sibi, myſta, LUBECÆ  
Qui ſacra tractavit pridem mysteria Verbi;  
Tertia WIDMANNO, & GROSMANNO dicitur Uxor,  
Qui ſua vel quondam, vel nunc ſervitia preſtant  
Templis atq; Scholis, patrijs atq; Urbibus amplis.  
Artibus erudit ſenos & in ordine Natos,  
Quorum Treiſlauru cinctos ab Apolline vidit,  
E quibus ANDRELAS ſuperest CHARUSq; JEHOVAE,  
Hic templum, magna cum laude, ſcholamq; regentes,  
Sedulus in nostro, Linguae, THEODORUS, Hebreæ,  
Gymnaſio exiſtens, ſed ſcandit ad aſtra, Professor;  
Teq; VALENTINUM & SIGMUNDUM liquit & ipſe,  
Pallada cum Muſis devotâ mente colentes,  
Ante Patrem raptus frater preceſſit ELIAS,  
Quos Tu fuſtuleris ex antlarisq; labores  
In ſtudijs, curſuq; Dices, grandiq; viarum,  
Quò vel Teutonicus duxit, vel Belgicus Orbis,  
Gallia, ſeu quò Tetra xere loca abdita multis,  
Nonego multorum remoror ſermonibus aures:  
Hoc addo ſaltem; PATRI decurrere vitam  
Si fas eſſet adhuc, an non fit grata novena  
Hæc ipsi ſoboles; anno non fit gratior ipsi  
Virtus, integritas, pietas, culturaq; mentis In-

Ingeniumq; sequens vestigia pressa Parentis?  
In primis cum Te ELECTOR se legerit ipse  
BRANDENBURGIACUS partem SPONSE ante Senatus,  
Unde etiā in thalamum juvat hanc deducere SPONSAM.

Dum loquor ista, sed hunc memini finire laborem,  
Optoq;, sit præsens, Vobis, ô EBERTE, Tu ag<sup>r</sup>  
S P O N S A E, muneribus Christus, vestrumq; gubernet  
Conjugium, quò carpati nova munera ab illo,  
Quæ Vos oblectent numero, virtute, fideq;  
Trinatum veluti Natorum Triga Parentem.

Boni ominis & adfectus testandi causâ,

gratulabundus accinebat

ELIAS REEWALDT J. U. D.

Academie Francaf. Syndicus.

**Q**uicquid aeterna pragustum agnoscere Vita  
Quærat in optato qui sine bile toro.  
Splendida talis enim secum fert commoda, tanta  
Quæ vix lingua loqui, corq; referre potest,  
Ex multis autem referamus pauca, patebit  
Pragustum cæli, conjugium esse bonum,  
Cujus castus amor, pietas concordia constans  
Sunt, sine dissensu, symbola certa, D E I.  
Quæ quoq; non deerunt post mortem rite Beatis  
Scriptura sacra, si sit habenda fides.  
Dimidium hoc igitur cælum est, qui contrahit, illi  
Concors & castum conjugiumq; pium Hoc

Hoc quoq; succedat feliciter opto VALENTI  
Fratri, qui cordis portio magna mei.  
Consilijs cuius, jam PRINCIPIS utitur AULA  
Imperij cui sunt tradita sceptra sacri.  
Ipsum conjugij ne unquam dilatio in annos  
Pœniteat, quia sunt sat citò, facta bene.  
Non aufertur enim, differt quod Diva Voluntas  
Disponens semper fœderablanda tori.  
Ergo probanda tui est thalami dilatio, Frater  
Consensu proprio, dum probat acta DEUS.  
Filia, WEILERI, cuius discretio, magna,  
In summi nostri PRINCIPIS ARCE fuit,  
Causa est, non Ipsi citius concessa potestas  
Vinceret ut mentem Frater amande tuam.  
At cum jam es vicius Victricem, vince, Maritam  
Affectu parili & cordis amore pij,  
Sic erit in socio felix concordia lecto,  
Quæ latifaciet sitis imago tori,  
Prægustumq; dabit vobis, & signa futuræ  
Vitæ, quæ Pacem & iugia nulla tenet.  
Hanc precor ut vos, post finita hæc secula, mecum  
Omnibus atq; pijs, possideatis. Amen.  
Ex amore in Fratrem  
scripsit  
M. THEOPHILUS EBERTUS,  
Ministerii Eccles. Francof.  
Senior.  
EBERTE,

**S**anguine laudato nasci, virtutis honore  
Crescere, & ingnarum prosluisse virum;  
Officii fixum culmen tenuisse per ampli,  
His quicunq<sup>z</sup> valens, sat bene credo valens.  
Sed cuitot donis venit addita clara Marita,  
Plus Summo fruitur ne vir is ipse Bono.  
Quamvis ergò truci Res flaccet Publica morbo,  
Sint licet innumeris cuncta repleta malis;  
Tu tamen, Adfinis Fautorq<sup>z</sup>, Amplissime multò,  
Ex animo gaudens usq<sup>z</sup> valere potes:  
Utpote cui nil deest quod Summi nomine Doni  
Insignire queas: sic domus ipsa, polus.  
Grator, quo valeo gratari carmine, corde,  
Sic modò quo frueris perpes ad astra Bonum.  
Tali votivo affatu thalamum  
Fautoris sui Honoratis.  
compellabat  
**M. Gottlieb Pelargus,**  
Eloquentia Profess. P.

---

**E**BERTE, diæ fama Themistix,  
E Lampas coruscans consiliantum,  
Medulla Peithûs, blanda Seîren  
Eloquij, decus & Tuorum.  
Quid jam vovebo, dum Tibi conjugi  
**WEILLERIANO** prosata sanguine  
**CATHRINA** Virgo appropriatur  
Costa pio lateri juganda?

B

Cum

Cum luce qualis purpurei fuit  
Eritq; solis confociatio ;  
Et est talis quam subitis  
Copula conjugij novelli.  
Unum cor esto; corpora sint duo,  
Connexa vînclis sub fide ahencâ ,  
Nec copulam solvat perennis  
Seu bona seu mala fors amoris,  
Vis S P O N S E plura optem tibi ? nuptiæ  
Prima Tibi quæ sunt, Tibi nuptiæ  
Fiant secundæ, cumq; S P O N S A  
Conspicias placidam senectam.

Ita votivis precibus posco  
M. BALTHASAR KUPFERUS

Ecclesiastes Francofurtanus,

**P**Ulchra maritatis ut vitibus eminet ulmus ,  
Hinc decus acquirens non mediocre sibi ,  
Cum socijs frondes miscens incincta racemis ,  
Auctumni gravidas divitis optat opes :  
Sic conjuncta Viro divinâ lege puella ,  
Et potis angere est & decorare domum .  
Vix potuit suadere tibi hanc Amathuntia curam ,  
Quæ plena est dulcis semper amaricie.  
Sed tamen offiras Virtudinem AMPLISSIME mentem ,  
O decus ò generis gloria magna tui !  
Multaque quidem ad laudem dederat factura perennem  
Exultum doctis artibus ingenium ,

Arg

Atq; Viros formans regionum Gallia ocellus,  
Perlustrata tibi quæ semel atq; iterum,  
Nec modo visatibi, sed & hoc Prudentia in orbe  
Quæ sita in longam condit aritè penum,  
Quate Principibus magna cum laude probavit,  
Principibus, solidum queis placuisse decus.  
Hinc te Septemvir dignatus honore curuli  
Consilijs clemens legit adesse suis.  
Deerat adhuc unum quo felicissimus essem,  
Iret ut in thalamum culta puella tuum.  
Hoc quoq; dat Cælitibijam clementia donum,  
Flammea tot votis Virgo petita capit,  
Cujus si dotes quisquam numerare laboret,  
Occani guttas expuset ille prius,  
Quam dos lauta, genus fulgens & forma venustra,  
Sed magis his pietas omnibus una beat.  
Ote multiplicijam prosperitate beatum!  
Debita virtuti premia tanto tua.  
Jungat in abruptâ Concordia corda catenâ,  
Cottidiè instaurans ventilet illa faces.  
Nil erit ulterius tua quod Fortuna requirat,  
Cum fundet concors germina pluratorus.  
Has licet incomptotibi carmine vota litamus,  
Prospéra qua thalamos omina cunq; decent.  
Observantæ & boni ominus ergò scrib.

M. JOANNES MOLLERUS.



**Q**uem ihi cung<sup>d</sup>abis, celsi Formator Olympi,  
Hac promissa potes sceptro præstare fideli,  
Te sapientipotentem ego sum veneratus IÖVAM  
Corde precans: Virtute piam, costamq; pudicam  
Germanou ut sociam faceres hoc orbe jugalem.  
Sum voti compos factus, Pater optime, compos  
Factus **E**s t Frater, facta **E**s WEILERIA compos:  
Conjugij, quod cælesti Tu necis in aula  
Principium, medium, finem, pic Jov<sup>a</sup>, secunda  
Ante leves claro pascentur in æthere cervi,  
Et freta deſtituent nudos in littore pisces,  
Quam tuus è nostro labetur pectore cultus.

Sic vovebat SPONSO  
Germanus

M. ANDREAS EBERTUS  
Scholæ patriæ Col-  
lega.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastorvi Ecclesiae in Racow.  
cum primum Magisterij nanciscreti Decano  
M. Thaddeus Gertu 17 Calend. Maij  
A. 1624. aetatis meae 19.

Ito bonis avibus GEBELI, quo Dux Autor,  
Eus te fata vocant, ito bonis avibus.

Magnum opus adgredens, sed, quod tibicine fultus  
Numinis ætere, fortiter expedes.

Imbuet orantis lingam locuplete Suadâ,

SPIRITUS Orator cœlicus ille, tuam.

Seminum disperge DEI per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, clato.

Et vineta DEI assiduo accubusq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra BAPTISTA imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta.

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erigi, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospéra dicentes queis sacra dicta feres.

Sublatissim olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupia tumbâ revocabit ab umbris,

JOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursum te pascam & nectare, quare

Magna cape astrati præmia, carpe, poli.

Hoc penitus animi penetralibus opto, precorq;

JANE mihi multo nomine char! VALE.

NR 827

TA - FL


ULB Halle  
002 062 674

3



VON





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



IA NUPTIARUM  
CUNDISSIMA,  
o, Consultissimo & Cla.  
issimo VIRO  
DN.

INO EBERTO,  
BI THEOLOGI

πολυγλώττος F.  
primi Francofurtensium,  
gatione, Evangelista,

Nepoti,  
Electoris Brandenburgici,  
erium NeoMarchicum,  
in castro est Custrinensi,  
Consiliario,

*Cum*  
, à pietate, formâ, moribus puel-  
bus commendatissimâ

INA WEILERIA,  
STI WEILERI,

Electori à litteris, dum  
secretis & consilijs bel.

licis, FILIA,  
or. A. S. clo loc XXXVII.

Solenniter celebratarum,  
*addicunt ex animo*

, COGNATI, AFFINES,  
AMICI.

*lurti Literis KOCHIANIS.*